BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 153r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uersa facie fortius resistebant. quod
cum uidissent filii beniamin in fu
gam reuersi sunt et ad uiam de
serti ire ceperunt illuc quoque eos ad
uersarius persequentibus. Sed et hii
qui urbem accenderunt occurre
eis atque ita factum est ut ex utraque
parte ab hostibus cederentur. Neque
erat ulla morientium requies ce
ciderunt que atque prostrati sunt ad ori
entalem partem urbis gabaa. fue
runt autem qui in eodem loco interfec
ti sunt. x. et viii. milia uirorum. et
omnes robustissimi pugnatores
quod cum uidissent qui remanserant
de beniamin. fugerunt in solitudi
nem et pergebant ad petram cuius
uocabulum est remon. In illa quoque
fuga latentes et in diuersa tendentes
ceciderunt. v. milia uirorum ex eis
et cum ultra tenderent persecuti sunt
eos fortiter. et interfecerunt alia duo
milia. et sic factum est ut omnes
qui ceciderant de beniamin in diuer
sis locis essent. xxv. milia pugna
tores ad bellandum promptissimi
remanserunt itaque de omni multi
tudine beniamin qui euadere potue
rant et fugere in solitudinem. vi.
sex centi uiri. sederunt que in petra
remon mensibus quatuor. reuersi
sunt autem filii israel. omnes reliquias
ciuitatis a uiris usque ad iumenta
gladio percusserunt. cunctas que urbes
et uiculos beniamin uorax flamma
uraverunt quoque XXI consumpsit
filii israel in maspha et dixerunt nullus
nostrum dabit filius beniamin de fi
liabus suis uxorem. Venerunt que
omnes ad domum dei in silo in con

spectu eius sedentes usque ad uespe
ram. Leuauerunt uocem et magno ulu
latu ceperunt flere dicentes. Quare
domine deus israel factum est malum
hoc in populo tuo. ut hodie una tri
bus aufferatur ex nobis. alia autem
die diluculo consurgentes exstruxe
runt altare et obtulerunt ibi holocau
sta et pacificas uictimas. et dixerunt
Quis non ascendit in exercitu domini.
de uniuersis tribubus israel. grandi. n.
se iuramento constrinxerant cum
essent in maspha. interfici eos qui
defuissent. ducti que penitentia filii
israel super fratre suo beniamin cepe
runt dicere. ablata est una tribus
de israel. unde uxores accipient omnes
enim in commune iurauimus non datu
ros his filias nostras. Id circo dixe
runt. quis est de uniuersis filiis israel
qui non ascenderit ad dominum in maspha
et ecce inuenti sunt habitatores iabes
galaad. nullo exercitu non fuisse eo
quoque tempore cum essent in sylo.
nullus ex eis ibi reptus est. Miserunt
itaque decem milia. uiros robustissi
mos. et. Ite et percutite habitatores ia
bes galaad in ore gladii. tam uxo
res quam paruulos eorum. Et hoc
erit quod obseruare debetis. omnes
generis masculini et mulieres que
cognouerunt uirum interficite. uir
gines autem reseruate. Inuente que
sunt de iabes galaad quadringente
uirgines que nescierunt uiri tho
rum. et adduxerunt eas ad castra
in silo in terram chanaam et miserunt
nuncios ad filios beniamin qui erant
in petra remon. et preceperunt eis ut
eos in pace susciperent. Venerunt que

153